

### HIERONYMI PRAEFATIO.

Mattheus, Marcus. In septimo duo, Mattheus, Ioannes. In octavo duo, Lucas, Marcus. In nono duo, Lucas, Ioannes. In decimo, propria quique quæ non habentur in aliis, edidereunt. Singulis vero euangeliis, ab uno incipiens usque ad finem librorum, dispar numerus accretit. Hic nigro colore prescriptus, sub se habet alium ex minio discolorem numerum: qui ad decem usque procedens, indicat, prior numerus in quo sit canone requiriens. Cum ergo aperto codice (uerbi gratia) illud siue illud capitulum scire uolueris, cuius canonis sit, statim ex subiecto numero doceberis, & recurrens ad principia, in quibus canonum est distincta congeries, eodemque statim canone ex titulo frontis inuenies: illum quem quarebas numerum, si uulnus euangeliste, qui & ipse ex inscriptione signatur, inuenies: atque e vicino ceterorum tramitis inspectis, quos numeros e regione habent, annotabis: Et cum lecbris, recurras ad uolumina singulorum, & sine mora repertis numeris, quos ante signaueras, reperies & loca, in quibus uel eadem, uel vicina dixerunt. Scendum tamen (ne quis ignarum ex similitudine numerorum error inuolueret) quod sic ubi in subnotatione canonum distinctorum in canone quolibet tres euangelistæ bis, ter, uel quater, aut etiam amplius eundem numerum per ordinem habuerint annotatum, & quartus econtrario, discrepantes, quod id tres illi in eo loco semel dixerint, quartus toties in corpore uoluminis sui ponat, quoties diuersi numeri in eius canone positi stant, contra predictorum numerorum continuatas similitudines. Item si in uno quolibet eorum, aut etiam duobus, idem in canone numerus bis, ter, & quater, aut eo amplius repetitatur in ordine collocatus, & dispares inueniantur in ceteris: dubium non erit, quin id quod illis illorumque canonis numerus bis terque repetitum ab his in uolumine semel dicatum esse ostendit, alter alterius eorum toties uno atque eodem sensu loquantur, quoties prætulerint in numerorum annotatione distantiam. Et hoc in omnium nouem canonum collatione seruabitur. Ceterum in decimo (quoniam propria singulorum tantummodo continentur) non potest contra id comparatio esse, quod solum est. Opto in Christo ualeas, & memineris mei Papa beatissime.



Canor